

Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE APOSTLES

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, Te Dómine supplicíter exoráre, ut gregem Tuum pastor ætérne, non déseras: sed per beátos Apóstolos tuos continúa protectióne custódias. Ut iisdem rectóribus gubernétur, quos óperis Tui vicários eidem contulísti præesse pastóres. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ Tuæ cánimus sine fine dicéntes:

COMMUNION Matt 16:18

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiám meam.

POSTCOMMUNION

Lætíficet nos, Dómine, munus oblátum: ut, sicut in Apóstolo tuo Petro te mirábilem prædicámus; sic per illum tuæ sumámus indulgéntiæ largitátem.

(for St. Paul)

Sanctificáti, Dómine, salutári mystério: quæsumus; ut nobis ejus non desit orátio, cujus nos donásti patrocínio gubernari.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, to entreat Thee humbly, O Lord, that Thou wouldst not desert Thy flock, O everlasting Shepherd, but, through Thy blessed Apostles, wouldst keep it under Thy constant protection; that it may be governed by those same rulers, whom as vicars of Thy work, Thou didst set over it to be its pastors. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church.

Let the gift we offer bring us joy, O Lord, that, as we declare Thee wonderful in Thine Apostle Peter, so through him we may share the generosity of Thy forgiveness.

(for St. Paul)

Sanctified by the mystery of salvation, O Lord, we pray that his prayer may fail us not, by whose patronage Thou halt granted us to be governed.

Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: FEBRUARY 22, THE CHAIR OF ST. PETER

MASS (*Státuit ei*) (white)

INTROIT Eccles. 45: 30; Ps. 131: 1

Státuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdotíi dígnitas in ætérnum. Ps 131:1 Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Státuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdotíi dígnitas in ætérnum.

COLLECT

Deus, qui beáto Petro Apóstolo tuo, collátis clévis regni cæléstis, ligándi atque solvéndi pontificium tradidísti: concéde; ut, intercessiónis ejus auxílio, a peccatórum nostrórum néxibus liberémur.

(for St. Paul)

Deus, qui multitudínem géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti: da nobis, quæsumus; ut, cujus commemoratió nem cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 1 Peter 1: 1-7

Petrus, Apóstolus Jesu Christi, eléctis ádvenis dispersiónis Ponti, Galátiae, Cappadóciæ, Asiæ et Bithýniæ secúndum præsciéntiam Dei Patris, in sanctificatió nem Spíritus, in obediéntiam, et aspersionem sánguinis Jesu Christi: grátia vobis et

The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince: that the dignity of priesthood should be to him for ever. Ps. O Lord, remember David: and all his meekness. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince: that the dignity of priesthood should be to him for ever.

O God, Who, committing to blessed Peter, Thine Apostle, the keys of the heavenly kingdom, didst bestow on him the pontifical function of binding and loosing, grant that, by the help of his intercession, we may be delivered from the bonds of our sins.

(for St. Paul)

O God, Who by the preaching of the blessed Apostle Paul didst teach the multitude of the Gentiles, grant us, we pray Thee, that, honouring his commemoration, we may experience the benefit of his patronal influence with Thee.

Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Peter, an apostle of Jesus Christ, to the strangers dispersed through Pontus, Galatía, Cappadocia, Asia, and Bithynia, elect according to the fore-knowledge of God the Father, unto the sanctification of the Spirit, unto obedience, and sprinkling of the

pax multiplicátus Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectiόνem Jesu Christi ex mórtuis, in hereditátem incorruptibilem et incontaminátam et immarcescibilem, conservátam in cælis in vobis, qui in virtúte Dei custodímmini per fidem in salútem, parátam revelári in témpore novíssimo. In quo exsultábitis, módicum nunc si opórtet contristári in váriis tentatióibus: ut probátio vestræ fidei multo pretiósior auro quod per ignem probatur inveniátur in laudem et glóriam et honórem, in revelatióne Jesu Christi, Dómini nostri.

GRADUAL Psalm 106: 32, 31

Exáltent eum in Ecclésia plebis: et in cáthedra seniórum laudent eum.
V. Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus; et mirabília eius filiis hóminum.

(From Septuagesima until Easter, the Lesser Alleluia is replaced by the Tract.)

LESSER ALLELUIA Matthew 16: 18

Allelúja, allelúja. Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. Allelúja.

TRACT Matthew 16: 18-19

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam. V. Et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam: et tibi dabo claves regni cælórum. V. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis. V. Et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.

blood of Jesus Christ; grace unto you and peace be multiplied. Blessed be the God and Father of Our Lord Jesus Christ, Who according to His great mercy hath regenerated us unto a lively hope, by the resurrection of Jesus Christ from the dead, unto an inheritance incorruptible and undefiled, and that can not fade, reserved in heaven for you, who by the power of God are kept by faith unto salvation, ready to be revealed in the last time Wherein you shall greatly rejoice, if now you must be for a little time made sorrowful in divers temptations: that the trial of your faith, much more precious than gold (which is tried by the fire), may be found unto praise, and glory, and honour, at the appearing of Jesus Christ our Lord.

Let them exalt him in the church of the people; and praise him in the chair of the ancients. Let the mercies of the Lord give glory to him; and his wonderful works to the children of men.

(From Septuagesima until Easter, the Lesser Alleluia is replaced by the Tract.)

Alleluia, alleluia. Thou art Peter, and upon this rock I will build my Church. Alleluia.

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church, and the gates of hell shall not prevail against it; and I will give to thee the keys of the kingdom of Heaven. Whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in Heaven; and whatsoever thou shalt loose on earth, it shall be loosed also in Heaven.

GOSPEL Matt. 16:13-19

In illo témpore: Venit Jesus in partes Cæsaráe Philíppi, et interrogábat discípulos suos, dicens: Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis? At illi dixérunt: Alii Joánnem Baptístam, alii autem Elíam, alii vero Jeremíam aut unum ex prophétis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei: Beátus es, Simon Bar Jona: quia caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam, et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam. Et tibi dabo claves regni cælórum. Et quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cælis: et quodcúmque sólveris super terram, erit solútum et in cælis.

OFFERTORY Matthew 16: 18-19

Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam: et portæ ínferi non prævalébunt advérsus eam: et tibi dabo claves regni cælórum.

SECRET

Ecclésiæ tuæ, quæsumus, Dómine, preces et hóstias beáti Petri Apóstoli comméndet orátio: ut, quod pro illius glória celebrámus, nobis prosit ad véniam.

(for St. Paul)

Apóstoli tui Pauli précibus, Dómine, plebis tuæ dona sanctífica: ut, quæ tibi tuo grata sunt institúto, gratióra fiant patrocínio supplicántis.

Per Dóminum nostrum Jesum

At that time, Jesus came into the quarters of Cæsarea Philippi, and He asked His disciples, Saying, Whom do men say that the Son of man is? But they said, Some, John the Baptist, and other some, Elias, and others, Jeremias, or one of the prophets. Jesus saith to them, But whom do you say that I am? Simon Peter answered, Thou art Christ, the Son of the living God. And Jesus answering, said to him, Blessed art thou, Simon Bar-Jona, because flesh and blood hath not revealed it to thee, but My Father Who is in Heaven: and I say to thee, that thou art Peter, and upon this rock I will build My Church, and the gates of hell shall not prevail against it; and to thee I will give the keys of the kingdom of Heaven; and whatsoever thou shalt bind upon earth, it shall be bound also in Heaven; and whatsoever thou shalt loose on earth, it shall be loosed also in Heaven.

Thou art Peter, and upon this rock I will build My Church, and the gates of hell shall not prevail against it; and I will give to thee the keys of the kingdom of Heaven.

We beseech Thee, O Lord that the prayer of the blessed Apostle Peter may commend the sacrifices and supplications of Thy Church, so that the celebration we hold for his glory may profit for our pardon.

for St. Paul)

Sanctify, O Lord, the offerings of Thy people by the prayer of Thine Apostle Paul, that those things which are pleasing to Thee by Thine own institution may become the more pleasing by the favor of his intercession.

Through our Lord Jesus Christ, Thy